

Band X., Nr. 4836, Seite 476-477

Der Dekan von Esslingen entscheidet einen Prozess wegen eines Hofes in Vaihingen zwischen Kloster Weil und dem Kirchherrn von Vaihingen.

Esslingen, 1296. April 24.

. . decanus in Ezzelingen Constantiensis dyocesis iudex seu conservator privilegiorum monasterio puellarum de Wiler ordinis sancti Augustini regiminis Predicatorum predictae Constantiensis dyocesis concessorum auctoritate sedis apostolice deputatus presentium litterarum inspectoribus universis salutem cum notitia subscriptorum. Noverint omnes et singuli, quibus presentes littere fuerint exhibite sive lecte, quod mota questione per viam notorii super curia sita in Vehingen dicta dez von Vrowenberc hof inter monasterium antedictum ex una et virum discretum . . rectorem ecclesie de Vehingen Spirensis dyocesis ex parte altera lite coram nobis per petitionem i[psius] monasterii certo termino in iure propositam ac per responsionem partis alterius subsecutam legitime contestata recepto a partibus principalibus calumpnie [iu]ramento examinatis testibus more debito et consueto confessionibus partium ac dictis testium redactis bona fide in scriptis et in partium presentia publicatis crastinum beati Georii ad ferendam diffinitivam sententiam pro termino assignavimus de partium voluntate. Nos itaque confessionibus partium ac depositionibus testium informati per diffinitivam sententiam dei nomine invocato ac de consilio sapientum pronuntiavimus et hiis scriptis pronuntiamus, verum dominium ipsius curie iure proprietatis ad monasterium supradictum, utile vero dominium ad predictum rectorem et eius heredes titulo emphiteotico pertinere. Pronuntiavimus etiam et sententialiter diffinivimus ac presenti pagina diffinimus, quod supradictus rector et omnis eius posteritas sex maltera silliginis octo maltera spelte sex avene et unum malterum pise Griuningensis mesure supradicto monasterio persolvere debeant emphitesis nomine quovis anno quodque iidem rector et posteritas suis sumptibus advocatos loci debeant expedire.

 Lata est hec sententia apud Ezzelingen et nostro sigillo signata anno domini MCCLXXXVI., crastino prenotato.

—

Textabdruck folgt dem Original.

 Siegel abgegangen. Die Schrift stammt von der gleichen Hand wie die Urkunde WUB, Bd. X, S. 472, Nr. 4830.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 539 U 132

Regesten:

ADOLF DIEHL (BEARB.): Urkundenbuch der Stadt Esslingen, 2 Bde., Stuttgart 1899-1905 (Württembergische Geschichtsquellen 4 bzw. 7), Bd. 1, S. 121, Nr. 285.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Esslingen

Ortsindex:

Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)
 Esslingen am Neckar, ES
 Feuerbach : Stuttgart S
 Feuerbach Wohnplatz (17)
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Speyer, SP
 Vaihingen an der Enz Wohnplatz (1130)
 Vaihingen an der Enz, LB
 Weil Wohnplatz (351)
 Weil, Esslingen am Neckar, ES